



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Archiepiscopo Varisiensi, & Episcopo Salimbriensi, & Decano S. Mariæ de
Blakerna Constantiopol.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

OTONIENSI EPISCOPO.

à Præfecto terminus fuerit confititus, nihilominus tamen ad vestram instantiam in octavam ejusdem nativitatis idem terminus fuerat prorogatus, sicut per unicum testem vestrum & alterum partis adversæ manifestissimè probatur. propter quod dicebat illam sententiam nullam esse, utpote dilatione pendente prolatam, maxime cùm ante diem præfixum citatio facta fuerit per venerabilem fratrem nostrum Episcopum Suanensem, ad quem medio tempore nostræ litteræ super ipso negotio fuerant impetratae, sicut per depositiones testium videtur esse probatum. Postquam itaque super iis & aliis coram Cardinale prædicto inter vos & partem alteram fuit diutius litigatum, ipse, habito consilio peritorum, de mandato nostro sententiam supradicti Bartholomæi judicis propter causas prædictas pronuntiavit penitus nullam esse, sententiam verò Guezij judicis, in eo quòd dixit tertiam Cleræ ac tertiam Adelasiæ integralleriter deducendas, idem Cardinalis pronuntiavit injustam, & ab ipsa legitimè provocatum diffiniens sic illas tertias deducendas, ut legitima portio tibi Alterocæ debita jure naturæ tibi salva sit in utraque, ad cuius restitutionem dictum Raynerium condemnavit. In eo verò quòd quartam per Trebellianum idem Guezius censuit retinendam, sententiam confirmavit ejusdem, ita videlicet quòd fructus de bonis ipsius à tempore litis contulatae percepti computentur in ea, qui si sufficerint ad quartam & fructus ejus, eo nomine alia deductio nulla fiat. alioquin juxta quantitatatem fructuum perceptorum computationis ratio habeatur. Quia verò pater Aieæ ipsam in legitima non potuit aggravare, legitimam ipsam, ejus videlicet partis quæ jam dicta Aieæ debebatur ab intestato, deducendam censuit & etiam retinendam, ita videlicet quòd deductio fiat tantummodo de iis rebus de quibus secundum Tuscanensis confuetudinem civitatis fieri consuevit. In eo verò quòd idem Guezius condemnavit Raynerium, nomine pupillorum suorum, ad restitutionem vobis residu faciendam, ipsius sententiam confirmavit. Nos igitur ejusdem Cardinalis sententiam exigente justitia promulgatam ratam habentes, ipsam auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti privilegio communimus. Nulli ergo &c. nostræ confirmationis &c. Si quis autem &c. Datum Viterbiæ II. Idus Septembriæ, anno decimo.

V Eniens ad præsentiam nostram O. Epiſt. 124.
Prefbyter humili nobis insinuatior- Ut Prefbytere
ne monstravit quòd cum ante domum qui digitum fi-
suam quidam homines invicem rixaren- nistre manus
tur, & ipse casu domum exivisset eandem, amisit, mini-
unus de rixantibus, nulla ejusdem Presby- strate pollit,
teri præcedente culpa, irruens in eundem, Vide Regio-
nem lib. 1. c.
diabolo instigante, sinistræ manus digi-
tum amputavit eidem. Vnde nobis humili-
liter supplicavit ut exequendi suum offi-
cium ei licentiam concedere dignaremur.
Quocirca fraternitati tuæ per apostolica
scripta mandamus quatinus si est ira, Pres-
byterum ipsum in ordine suo sublato cu-
juslibet contradictionis & appellationis
obstaculo liberè ministrare permittas.
Quædam enim interdum impediunt pro-
movendum quæ non deicunt jam promo-
tum. Datum Viterbiæ X IV. Kal. Octo-
bris, anno decimo.

ARCHIEPISCOPO VARISIENSI,
& Episcopo Salimbiensi, & Decano S. Ma-
rie de Blakerna Constantinopol.

C Vm provisio Clericorum opus in se Epiſt. 125.
contineat pietatis, quæ promissio. Ut R. Clericorum
nem habet vitæ quæ nunc est pariter & instituerant in
futuræ, discretioni vestræ per apostolica Ecclesia de Kæ-
scripta mandamus quatenus Ecclesiam ins- fan.
ſulae de Kuphan, quæ vacare proponitur,
dilecto filio R. Clerico Karissimi in Chri-
sto filii nostri Henrici Constantinopolita-
ni Imperatoris illustris, ecclesiasticum be-
neficium non habenti, auctoritate aposto-
lica sublato appellationis obstaculo confe-
ratis, & faciat ipsam ab eo pacifice pos-
sideri. contradictores, si quos inveneritis,
vel rebelles per censuram canonicanam
compescendo. Quòd si non omnes &c.
duo vestrum &c. Datum Viterbiæ XV.
Kal. Octobris, anno decimo.

MORAVIENSI EPISCOPO.

O Lim exposita nobis à dilecto filio.. Epiſt. 126.
Abbate & Conventu de Melros Committitut
Cisterciensis ordinis quæstione quòd no- ei causa mona-
bilis vir P. Comes de Bonbar diocesis san- sterij de Mel-
ti Andreæ partem cuiusdam pasture, ros.
quam legitime fuerant affectuti, per vio-
lentiam occupasset, ipsis in aliis injurio-
sus existens, venerabili fratri nostro Epis-
copo & dilectis filiis, sancti Andreæ & :
Laodenzi diocesis sancti Andreæ Archi-
diaconis causam ipsam sub certa forma
commisimus terminandam. Citato verò,
sicut accepimus, Comite sèpium ab eisdem